

No. 621. 622. 1372. 12. Dec.

*K. Karl IV. bestätigt dem Bischof und dem Hochstift alle denselben bisher verliehenen Privilegien u. s. w., insbesondere das angebliche K. Friedrichs II. wegen des Bergrechts. Vgl. Bd. I. no. 112.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et Boemiae rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis dignitatis circumspecta benignitas universorum saluti de innata sibi clementia teneatur intendere, ad illa tamen praecipue ex speciali quadam inclinatione favoris meditari debet, quae ministrorum dei et ecclesiasticarum personarum, harum praesertim, quas<sup>1)</sup> intemerata fidei firma constantia claris testimoniis recommendat, commodum prospiciunt et honorem. Sane constitutus in nostrae maiestatis<sup>2)</sup> praesentia venerabilis Conradus Misnensis<sup>3)</sup> episcopus princeps devotus noster dilectus nobis humiliter supplicavit, quatenus sibi et ecclesiae suae Misnensi<sup>4)</sup> quoddam privilegium divi quondam Friderici Romanorum imperatoris praedecessoris nostri auctoritate caesarea approbare, ratificare, confirmare et innovare ac omnia et singula contenta in dicto privilegio concedere gratiosius dignaremur. Tenor dicti privilegii per omnia sequitur in haec verba:

Fridericus dei gratia — No. 112 — indictione praescripta<sup>5)</sup>.

Nos igitur praefati episcopi devotionis insignia et multiplicia virtutis<sup>6)</sup> et probitatis merita, quibus nostram celsitudinem et sacrum imperium studuit hactenus attenta diligentia venerari, clarae nostrae mentis oculis limpidius intuentes ipsius supplicationibus ad honorem omnipotentis dei necnon sincerae devotionis affectum, quem ad dictam ecclesiam semper gessimus et habere dinoscimur inclinati benignius, praesertim cum rationabiliter petentibus non sit denegandus assensus, praefato episcopo successoribus suis et ecclesiae suae Misnensi<sup>7)</sup> praedictae omnia privilegia et indulta a divinis Romanorum imperatoribus et regibus praedecessoribus nostris concessa, necnon litteras, donationes suas<sup>8)</sup> quae quorumcunque imperii sacri fidelium liberalitate in favorem memoratae ecclesiae dictae seu factae dinoscuntur, specialiter et nominatim praedictum<sup>9)</sup> privilegium seu litteram divi Friderici praedecessoris nostri necnon omnia et singula in eo contenta seu expressa approbavimus ratificavimus auctorizavimus innovavimus confirmavimus et de novo concessimus, et auctoritate caesarea de certa scientia ac innata<sup>10)</sup> virtutis clementia in favorem dicti nostri principis et ecclesiae suae praefatae, sicut digne possumus approbamus ratificamus auctorizamus innovamus confirmamus et de novo per omnia concedimus, gratiose<sup>11)</sup> suppletentes omnem defectum, si quis in praemissis seu eorum aliquo dubia seu obscura interpretatione

1) horum — quos B. 2) maiestatis nostrae B. 3) Misnensis A. B. 4) Misnensi privilegia gratias libertates emunitates et indulta a divinis Romanorum imperatoribus praedecessoribus nostris necnon litteras et donationes suas a ducibus marchionibus comitibus baronibus ministerialibus militibus et a ceteris quibuscunque nostris et imperii fidelibus, cuiuscunque status praeminentiae seu conditionis extitisse dinoscuntur, concessa seu concessas et specialiter quoddam privil. B. 5) Die hier vorkommenden erheblichen Abweichungen von der noch vorhandenen angeblichen Urkunde K. Friedrichs II. vom Mai 1232 sind bereits Bd. I. no. 112. S. 101 angegeben worden. 6) virtutum B. a. b. 7) ecclesiae Misn. B. b. 8) donat. suas quae B. b. 9) praenominatum B. b. 10) innata B. a. b. 11) gratiose concedimus signanter et nominatim, quod ipse et successores sui omnes et singulas auri et argenti ac quorumlibet metallorum mineras, quas in fundo proprietatis seu aquarum decursibus ecclesiae memoratae auctore domino reperiri contigerit, habere possint et valeant, et quod ipse et successores sui ex auri et argenti et ceterorum metallorum generibus quemadmodum praemittitur repertis seu reperendis monetam seu monetas cuñdi facere valeant et fabricari suppletentes etc. B. b.